Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



97

ciuitas congregata ad ianuam & curauit multos quiuexabantur
uariis languoribus; & daemonia multa eiciebat & non sinebat
ea loqui. quia sciebant eum & de luculo ualde surgens egres
sus abiit in desertum locum. Videtur hic ordinem tenuisse
marcus ut post illud quod dictum. est. Vespere autem facto deinde
dicer & & diluculo ualde surgens quamuis nec illud necessesit
ubi dicitur. Vespere facto eiusdem diei uespere accipere.
Nec ubi dicitur diluculo eiusdem noctis diluculum tamen utcuq:
uideri potest hic rerum gestarum ordo seruatus preter digestum
ordinem temporum. Lucas quoq: cum de socro peri narrasset.
Nonat ipse uespere autem facto sed tamen quodidem significa
& adiunxit dicens. Cum sol autem occidisset omnes qui
habebant infirmos uariis languoribus ducebant illos ad eum.
At ille singulis manus imponens curabat eos. Exiebant etiam
daemonia a multis clamantia & dicentia quia tues filius di
& increpans non sinebat ea loqui quia sciebant ipsum xpm.
facta autem die egressus ibat in desertum locum. & hic uidemus
eundem prossus ordinem temporum custoditum quem com
perimus apud marcum mat cheus autem quiuidetur non
ordinem quo gestum. est. sed quo preter missum recolit hoc de
socro peri commemoratisse postea quam nassuit quid ipso die
facto etiam uespere gestum sit. Iam non subiungit diluculum
sed ita nassuit. Videns autem ihs turbas multas circumseuisse
ire trans fretum. Iam hoc aliud. est. non illud qd marcus & lucas con
tex cum quipost uesperum diluculum ponunt quo ergo hic dictum
est. Videns autem ihs turbas multas circumseuisse ire trans fretum
aliud eum recordatum interposuisse debemus accipere
quod die quodam cum uidisset ihs turbas multas cir. cum seuisse
ire trans fretum. XXIIII.
Deinde quod subiungit & accedens unus scriba ait illi. ma
gister sequar te quocuq: ieris usq: ad illud ubi ait dimitte
mortuos sepelire mortuos suos hoc similiter nassuit & lucas.